

Q. B. F. Q. E.  
**AVSPICIVM**  
**BONI ADVENTVS,**

<sup>CVM</sup>  
*VIR MAGNIFICVS, EXCELLENTISSIMVS,*  
*ATQVE DE JURE CONSVLTISSIMVS,*  
**DOMINVS**

**JOH. AEGIDIVS**  
**ALEMANNVS,**  
**POTENTISSIMO POLONIARVM**  
**REGI, & SAXONVM ELECTORI,**  
**A CONSILIIS SANCTIORIBVS, ET INTIMIS**  
**STATVS ARCANIS &c.**

**BVDISSAM,**  
**PRINCIPEM LVSATIAE VRBEM,**  
**IN IPSIS PROCERVVM COMITIIS, A. MDCCX.**  
**VII. ANTE CAL. SEPTEMBR.**

MANDATIS REGIS INSTRVCTVS, SVBINTRARET:  
 PATRIA OMNIS LAETABVNDACCVRRERE,  
 SIBIQVE DE TANTO PATRONO, AC JVRIS VINDICE,  
 INSIGNITER GRATVLARI VOLVIT, DEBVI.

INTERPRETE

**M. JOANNE SCHVLTZIO,**  
**RECT. BVDISSINENSI.**

BVDISSÆ LITERIS RICHTERIANIS.



Q. E. T. O. F.  
AVSPICIVM  
BONI ADVENTVS  
D. M. N. G. N. I. C. H. E. X. C. E. L. L. E. N. T. I. S. S. I. M. U. S.  
M. O. D. E. S. A. R. E. C. O. N. S. I. L. I. S. S. I. M. U. S.  
D. O. M. I. N. U. S.

JOH. AEGIDIUS  
ALTMANNVS  
TOTI PRIMO FORONARVM  
REG. & SAXONVM PLECTORI  
A CONSILII SANGUORVM ET INTIMIS  
STATVS ARGVMS. &c.

BVDISSAM.  
PRINCIPVM LVSATIAE VRBM.  
IN IPSA PROCVRA COMITIS A. MDCCX.  
VII. ANTE CAL. SEPTEMBR.

MANDATIS REORVM INSTRVCTVS. SVBSCRIBARE:  
PATRI OMNIBVS LAETANDA AGGERERE.  
SINGVLE DE TANTO PATRONO, AC IVRIS VINDICE  
INMUNITATE GRATVAM VOLVIT DEBITV.  
INTERFVIT

M. JOHANNES SCHULTZIO,  
RECT. BVDISSINENSIS.

—————  
TYPISAE LITERIS RICHTERIANIS.





*Ingrede're! Ingrede're!*  
*Faustus, felix, ac fortunatus,*  
**MAGNIFICE ALEMANNE,**  
*Laeta Urbis nostrae Moenia:*  
*Nam & hic Alemanni habitant,*  
*Non quidem Nomine amplius conspicui,*  
*Nec Virtute Tibi pares,*  
*Fide tamen vere Alemannica,*  
*Vix ullis secundi.*  
*Hic enim propter Saeuum,*  
*Antiqua illa Saeuorum sedes est,*  
*Vbi Alemanni, Saeuis nati, Wittekindo Magno Duce,*  
*Et Marchia ipsa ab Henrico Aucupe constituta,*  
*Veterem hujus Regionis limitem fortissime tutati sunt,*  
*Et Slavorum, Soraborum, Henetorum,*  
*Excursionem, non Athletice, sed Alemannice propulsarunt,*  
*Christianorumque Sacris hoc ipso velut alas addiderunt.*  
*Scilicet*  
*Non alea, sed galea,*  
*Non fraude, sed fide,*  
*Non habitu, sed actu,*  
*Alemannici Nominis gloriam expleverunt,*  
*Plus bonis moribus, quam alibi bonis legibus tribuentes,*  
*Simplices magis, quam astuti,*  
*Probi potius, quam callidi,*  
*Prudentes verius, quam literiones,*  
*Hoc est, vere Alemanni.*

A.

*Agnoscis*  
SVMME ALEMANNE,  
*Aliquam umbram, non imaginem, aut exemplar absolutum,*  
*Amplissimi Nominis Tui,*  
*Quod inter Nominatissimos olim habitum,*  
*Et nunc bono felicique Omine,*  
PER AVSPICATVM  
ALEMANNI AD ALEMANNOS  
ADVENTVM,

*Uno ore, ac voce una, ebuccinat,*  
*Ipse Pater Svervus*  
*Caeruleum ex vadis atque paludibus suis caput erigit,*  
*Miratur, Alemannum ad ripas suas accedere,*  
*Ad quas olim Alemanni longo tractu confedere,*  
*Itane ergo, inquit, Alemannica etiam Prudentia ad me*  
*comeat?*

*Postquam Alemannica fortitudo olim apud me*  
*increbuit?*

*Adesdum, prisca Alemannorum Progenies,*  
*Adesdum, Propago & Custos antiqui Juris, Libertatisque*  
*Alemannicae,*  
*Adesdum, quicquid est Patrum, Procerum, Consultorumque!*  
*Magnoque Alemanno Sacra propter Viam,*  
*Boni Auspicatique Adventus causa, facite.*  
*Enim vero*

*Hunc Summum Status Ministrum,*  
*Una cum aliis Excellentissimis Collegis,*  
*Quos sanctissimo reverentiae osculo excipimus,*  
*Clementissimus Rex noster,*  
*Velut Trajanus Plinium, Justinianus Theodorum, Theideri-*  
*cus Cassiodorum,*  
*Carolus M. Alcuinum,*  
*in Provinciam nostram misit,*  
*ut cognoscat veteres Alemannos,*  
*nunc Lusatos,*

Ut Jura Eorum, Privilegia, Statuta,  
Immunitates, Judicia, Consuetudines perquirat,  
Et feliciter Jus Provinciae Incolis dicat  
Magnum profecto & arduum hoc Opus est,  
Majus quia Alemannus, Saxoniae Lycurgus, suscipit,  
Maximum, quia a Maximo Rege defertur,  
utpote qui non maximos optimis,  
sed optimos maximis anteponebat.

Equidem Tota nunc Lusatia,  
in summum Gratulationis cultum vertitur,  
& insigniter laetatur de tanto Viro,  
quem sua Virtus dudum defendit,  
& Meritorum Familiaeque ratione distinxit,  
nunc vero Lusatae, fidae olim Alemannorum Alumnae,  
tanquam Juris Patrii Interpretes, atque Vates, despondetur.  
Quae sane haud postrema Patriae nostrae felicitas est.

Quemadmodum enim Consiliorum Sol; Pietas,  
Anima; Secretum,  
Nervus; fortuna,  
Oculus; Prudentia,  
Robur; Eventus,

Venenum contra, Ambitio, Adulatio, Utilitas sunt:  
Ita Profectio Viri, his praesidiis, absque veneno, instructi,  
Fulcra & Adjumenta Regni sunt,  
quibus destituti Ludovicus XI. & Philippus Pulcher,  
Gallorum Reges, & innumeri alii, graves Regnorum ruinas  
dederunt.

Nobis coeli munere Alemannus datur,  
qui infestis his Virtuti temporibus,  
Ita sibi consuluit, ut nunc in publicum consulere possit.

Quicquid enim Masuri Rubrica notaverat,  
Quicquid Neratius ex Membranis protulerat,  
Quicquid Modestinus Pomponiusque sanxerant;  
Illud non totum modo exhausserat;  
Sed Arcana etiam Imperiorum,

Statuumque Commoda,  
Fura Gentium, & Placita Populorum,  
Tum ipſius Naturae Scita,  
Perquiſiuit aſſidue, & rimatus eſt,  
Succinctus adeo iis bonis,  
Quae Patriae Salutem;  
Ipsi Dignitatem conciliare poſſunt.  
Fateor, Vir Summe, abhorret Tua ratio a Laudum praeconiis,  
Ac vereor ſane, ne me in Laudibus Tuis parcum,  
quam ne nimium putes;  
Verum & nobis munera Tua praedicare;  
Tibi audire neceſſe eſt,  
Qui tanta eſ moderatiſſime animi,  
Ut nec Laudibus veris movearis,  
Nec adulationibus fictis emulcearis.  
Nihil enim Ambitionis inſpiravit Dignitas,  
Superbiae nihil Felicitas:  
Nec familiae ſplendor Te immutavit unquam,  
Licet ſummis Affinitatibus ſis innexus  
GEIERIAE, CARPZOVIAE,  
BOERNERIAE, BORNIAEQVE Genti,  
Quarum Virtutes dudum mirata eſt Saxonia,  
Tu vero ita complecteris, ut ne praedicari quidem velis,  
Magnificus, non gloriabundus,  
Splendidus, non Praeſumptuoſus,  
Magnus, abſque jaſtantiâ,  
Sublimis, abſque arrogantia,  
Felix, abſque oſtentatione.  
Hoc animi charactere ad Conſilia Principis acceſſiſti,  
Non inſtar Simulatorum,  
Qui ſpecie recuſantium, flagrantiffime illa cupiunt,  
Sed inſtar Catonis aut Severi,  
qui felicem exiſtimarunt Rempublicam,  
Si a renitentibus gubernaretur.  
Ergo a Conſiliis Principis fuiſti, antequam fuiſti,

Eleſt 200

*Electus dudum Consiliarius, antequam publice renunciatus,  
Imo consulens in commune bonum,  
Ante communem Patriae causam solemniter susceptam.  
Enim vero quemadmodum loqui pro Patria, Pulchrum;  
Facere, Pulcherrimum est;  
Illud paucorum, hoc excellentium inter paucos:  
Ita Tu factis potius, quam verbis censei subinde voluisti,  
Non vanus Ampullator, sed cautus Contator,  
Qui silendo plus agit, quam alii clamando,  
Qui sic loquitur, ut tacenti similis sit,  
Sic tacet, ut nemo plura dicat,  
Sic promit, ut recondat, & sic recondit, ut promat.  
Hoc more Consilia Tua semper fluxere,  
Quae, cum mora valescant;  
Tu cauta potius, cum ratione,  
Quam prospera, ex casu censuisti,  
Nec praeceptis nimis, nec nimis cuncta abundus,  
Sed Praeteritorum conscius, Praesentium narus,  
Futurorum providus,  
Vt vel adversa propellere,  
Vel prospera dispicere possis,  
Non minus admirandus,  
Cum animum intendis,  
Quam cum remittis.  
Sunt qui Consiliis subiti, sed eventu clari,  
Quibus fortuna adest, ubi artes desunt,  
Quibus factis magis, quam consulto opus est,  
At enim Viri Prudentes cautius mercantur,  
Atque nervis, non tesseriis, sententiis non conjecturis;  
Rationibus, non eventis, sensibus, non opinionibus,  
Causis, non casibus, Consilia metiuntur,  
Vt, si fatum etiam, cui nihil arduum est, reluctetur,  
Id, quod male cecidit, corrigi arte possit.  
Procopii certe, nomine Historici, usu Politici, Historia Arcana,  
Bonorum Ministrorum Speculum est,*

*Quam*

Za 347 74

x 2952135

Quam dum illustravit Vir Tui Nominis, Celeberr. Alemannus,  
 Tu dudum eam animo iudicioque complexus es,  
 Ad cuius tenorem ex Principis Arcano, Arcana hauris,  
 Ex Principis Secreto, Decreta capis,  
 Oculis semper; raro lingua instructus,  
 Validus ceteroqui sensibus, Iudicio gravis,  
 Prudentia maturus, in consulendo cautus,  
 In respondendo promptus, in agendo indefessus,  
 In decidendo justus, in ambiguis providus,  
 In Adversis animosus, in secundis moderatus,  
 Deo denique ac Patriae aeternum fidelis.  
 Haec sunt, quae de Te nobis promittimus atque spondemus,

Imo jam in Te possidemus,  
**EXCELLENTISSIME ALEMANNE,**

Sed restant alia majora,  
 Quodsi enim fidem merentur,  
 Qui sentiunt majora, quem loquuntur,  
 Permites, ut reliqua, admiratione & silentio involvamus.

Id unum sanctissima caerimonia precati,  
 Vt Patriae nostrae Patronus,  
 Procerum Defensor,  
 Urbium Maecenas,  
 Ac Budissae cum primis Optimaе,  
 Vix e cineribus suis renatae,  
 Amplificator, Instaurator, ac Fautor Summus,  
 Vno verbo:

Omnibus ac singulis esse velis, Vere  
**ALEMANNVS!**



111



PK 72, 21

Za  
309

Q. B. F. Q. E.  
AVSPICIVM  
BONI ADVENTVS,

<sup>CVM</sup>  
VIR MAGNIFICVS, EXCELLENTISSIMVS,  
ATQVE DE JURE CONSULTISSIMVS,  
DOMINVS

JOH. AEGIDIVS  
ALEMANNVS,  
POTENTISSIMO POLONIARVM  
REGLI, & SAXONVM ELECTORI,  
A CONSILIIIS SANCTORIBVS, ET INTIMIS  
STATVS ARCANIS &c.

BVDISSAM,  
PRINCIPEM LVSATIAE VRBEM,  
IN IPSIS PROCERVVM COMITIIS, A. MDCCX.  
VII. ANTE CAL. SEPTEMBR.

MANDATIS REGIIS INSTRUCTVS, SVBINTRARET:  
PATRIA OMNIS LAETABVNDIA ACCVRRERE,  
SIBIQVE DE TANTO PATRONO, AC JVRIS VINDICE,  
INSIGNITER GRATVLARI VOLVIT, DEBVI.

INTERPRETE

M. JOANNE SCHVLTZIO,  
RECT. BVDISSINENSI.

BVDISSÆ LITERIS RICHTERIANIS.

